

COMMUNICANTES FOR CHRISTMAS

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo beátæ Maríæ intemeráta virgínitas huic mundo édidit Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Máryrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsqe concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION Matthew 2: 18

Vox in Rama audíta est, plorátus, et ululátus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

POSTCOMMUNION

Votíva, Dómine, dona percépimus: quæ Sanctórum nobis précibus et præsentís, quæsumus, vitæ páriter et ætérnæ tríbue conférre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Christmas

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

evermore saying:

Communicating, and keeping this most holy day, in which the spotless virginity of blessed Mary brought forth a Savior to this world; and also reverencing the memory of the same glorious Mary, ever Virgin Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, her Spouse, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

A voice in Rama was heard, lamentation and mourning: Rachel bewailing her children, and would not be comforted, because they are not.

May the votive gifts, O Lord, of which we have partaken, through the intercession of the Saints gain for us, we beseech Thee, help both for this life and life eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that as the Savior of the world, born on this day, is the Author of our heavenly birth, so He may also be to us the Giver of immortality. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: DECEMBER 28, HOLY INNOCENTS

MASS *Ex ore infántium* (red)

INTROIT Psalms 8: 3

Ex ore infántium, Deus, et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos. (Ps. 8: 2) Dómine Dóminus noster: quam admirábile est nomen tuum in univérsta terra! Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ex ore infántium Deus, et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos.

COLLECT

Deus, cujus hodiérna die præcónium Innocentes Máryres non loquéndó, sed moriéndó conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Christmas

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Apocalypse 14: 1-5

In diébus illis: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de cælo, tamquam vocem aquárum multárum, et tamquam vocem tonítrui magni: et vocem, quam

Out of the mouth of infants and of sucklings, O God, Thou hast perfected praise because of Thine enemies. (Ps. 8: 2) O Lord our God, how admirable is Thy name in the whole earth! Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Out of the mouth of infants and of sucklings, O God, Thou hast perfected praise because of Thine enemies.

O God, Whose praise the martyred Innocents did this day proclaim, not by speaking, but by dying, destroy in us all the malice of sinfulness, that our lives may also proclaim Thy faith, which our tongues profess. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the new birth in the flesh of Thine only-begotten Son may set us free, whom the old bondage doth hold under the yoke of sin. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days I saw a Lamb standing upon Mount Sion, and with Him an hundred forty-four thousand, having His name and the name of His Father written on their foreheads. And I heard a noise from heaven, as the noise of many waters and as the voice of great thunder; and the voice which I heard

audívi, sicut citharædórum citharizántium in citharis suis. Et cantábant quasi cánticum novum ante sedem, et ante quátuor animália, et senióres: et nemo póterat dicere cánticum, nisi illa centum quadragínta quátuor míllia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum, quocúmque ierit. Hi empti sunt ex homínibus primitiæ Deo, et Agno: et in ore eórum non est invéntum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

GRADUAL Psalms 123: 7, 8

Ánima nostra, sicut passer erépta est de láqueo venántium. Láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus: adjutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram. Allelúja, allelúja. (Ps. 112: 1) Laudáte, púeri, Dóminum, laudáte nomen Dómini. Allelúja.

GOSPEL Matthew 2: 13-18

In illo témpore: Ángelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens: Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus, et fuge in Ægýptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit púerum, et matrem ejus nocte, et secéssit in Ægýptum: et erat ibi usque ad óbítum Heródis: ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem: Ex Ægýpto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídít omnes púeros, qui erant in Béthlehem, et in ómnibus finibus ejus, a bimátu et infra, secúndum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimplétum est quod dictum est per

was as the voice of harpers, harping on their harps. And they sung as it were a new canticle before the throne, and before the four living creatures, and the ancients: and no man could say the canticle, but those hundred forty-four thousand who were purchased from the earth. These are they who were not defiled with women, for they are virgins. These follow the Lamb whithersoever He goeth. These were purchased from among men, the first-fruits to God and to the Lamb: and in their mouth there was found no lie: for they are without spot before the throne of God.

Our soul hath been delivered as a sparrow out of the snare of the fowlers. The snare is broken, and we are delivered: Our help is in the name of the Lord, Who hath made Heaven and earth. Alleluia, alleluia. (Ps. 112: 1) Praise the Lord, ye children, praise the name of the Lord. Alleluia.

At that time an Angel of the Lord appeared in sleep to Joseph, saying: Arise, and take the Child and His mother, and fly into Egypt, and be there until I tell thee: for it will come to pass that Herod will seek the child to destroy Him. Who arose, and took the Child and His mother by night, and retired into Egypt; and He was there until the death of Herod: that it might be fulfilled which the Lord spoke by the Prophet, saying: Out of Egypt have I called My Son. Then Herod, perceiving that he was deluded by the wise men, was exceeding angry, and sending, killed all the men children that were in Bethlehem, and in all the borders thereof, from two years old and under, according to the time which he had diligently inquired of the wise

Jeremíam prophétam dicéntem: vox in Rama audíta est, plorátus, et ululátus multus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

OFFERTORY Psalms 123: 7

Ánima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium: láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus.

SECRET

Sanctórum tuórum, Dómine, nobis pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Christmas

Obláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui nativitate sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE NATIVITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

men. Then was fulfilled that which was spoken by Jeremias the prophet, saying: A voice in Rama was heard, lamentation and great mourning: Rachel bewailing her children, and would not be comforted, because they are not.

Our soul hath been delivered as a sparrow out of the snare of the fowlers: the snare is broken, and we are delivered.

Let not the gracious prayer of Thy saints fail us, O Lord, both to render our offerings acceptable to Thee and ever to obtain Thy pardon for us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Sanctify, O Lord, the gifts offered to Thee, by the new birth of Thine Only-begotten Son: and cleanse us from the stains of our sins. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: for through the Mystery of the Word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dóminations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory,